

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Cap. II. Onera, difficultates, ac pericula Prælationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

rum onus ferre poterit, nisi amer. Hæc summa est virtutum ac Ministeriorum, quæ ad perfectos Episcopos ac Praelatos pertinent, quoniam autem singula harum rerum plures alias complectuntur ad huius status perfectionem, & animarum gubernationem necessarias: agemus de ijs quæ maioris sunt momenti in subsequentibus capitibus.

CAP VT II.

ONERA, DIFFICVL TATE S AC PERICVL A
Prelationis

VM EXCELLENTIIS STATVS PRAELATONIS operæ precium erit coniungere onera & obligationes eius, ac pericula ei annexa: ut quæ desideria aut timores alia excitant, temperent ac moderentur alia. Neque nimium censendum est, quod proximo capite dicebamus: Praelatos esse debere tanquam Angelos: siquidem S. Tridentinum Concilium Ecclesiarum regimen sive Prelationem appellat *onus Angelicū humerū formidandum*. Horrendum enim est tot animarum onus portare, & earum omnium rationem reddere debere. Sentiebat Apostolus hoc onus, cum ad Corinthios scripsit *aut timore & tremore multo fui apud vos*, Quod si Apostolus (ait S. Chrysostomus) timet hoc onus; & qui ad tertium cœlum fuit raptus, tremit ad illud; & qui plus omnibus laborabat, & præstabilitat plura, quam teneretur, tantæque erat charitatis, ut infirmaretur cum his, qui infirmabantur; ac diceret: optare se anathema esse à Christo pro salute fratrum suorum: quomodo igitur non trement; qui nec illud præstant, quod præceptum est; magisque inclinant ad ea, quæ sunt ipsorum propria, quam ad bonum ouium suarum. Si iuberer, inquit, nauem inestimabilibus diutius repletam gubernare per mare turbatissimum, innumeris piratis referum: timerem certè talē gubernationē suscipere: ne inter tot pericula, nauis periret, & ego cum illa. Quomodo igitur non tremam accipere Episcopatum, cui incumbit regere Ecclesiæ nauem, tot animabus oneratam: cum talis dignitas ab innumeris tentationē fluctibus, & horrendis hostibus oppugnetur? Qui autem hi fluctus: nisi inundationes cogitationum, desideriorum, & curarum, quas excitat irani gloria, desiderium placendi hominibus, ambitio honoris, prouentuum cupiditas, propensio ad delicias, pigritia, & laxitas in ipso officio, resistentia & contradictione hominum, & ira, quæ erumpit ad sumendam ultionem? Et quis

Eccc poterit

2
Sess 6 de-
creto de
Reform c.1.

a 1. I cor. 2. 3.
Lib 3. de
Sacerdotio.
ante mediū

poterit aduersus tot fluctus præualere, & non periclitari in tatis periculis? Quodsi quando, ut, homo, impingat; ingens est damnum quo d' suo scandalo adferit: quæ omnia ipsius periculū adaugent. Hominum enim priuatorum peccatum multa sunt quæ contegunt, & occultant: at Prælatorum, ut qui publicæ sint personæ, multa sunt, quæ manifestarenturum peccatum, si manifestetur, non multum nocet: horum autem sicutur, magnum inferi vulnus suo scandalo. Semper enim seculares magnum illud reputant: quia eius grauitatem ex peccatis dignitate & amplitudine aestimant. volunt enim: Prælatos viuere tanquam Angelos statim murmurant, offenduntur, scandalizantur ex quacunque imbecillitate aut defectu, quem in illis aduertunt. *Quis igitur ruitus est in bylonica hac fornace, circundatus ingenti adeo igne ambitionum, inuidiarum, emulationum ac murmurationum: nisi spiritum talem habet, quale corpus tres illi pueri habuerunt, qui in medio igni existentes ab eo non ledebantur?* Quid autem dicemus de lignis, quibus sonetur hincnis? rebus scilicet quæ occurunt, dum huiusmodi dignitates queuntur & postquam obtentæ iam sunt, in designandis officialibus ac ministris, in cura subditorum, & virginum recollectarum, quæ ipsis incumbit; & circa pauperes & egenos, tentatos, & afflictos, circa potentium intercessiones ac petitiones, circa visitationes, & mores alios huius mundi, circa literas & discordias; & mille alia, quæ permixta habent innumera pericula, & anxietates: ut fusè prosequitur S. Chrysostomus, excusans se apud S. Basiliū ab acceptando Episcopatu. suamque sententiam confirmat adducta comparatione Prælatorum ad ouium Pastores: nam horum, inquit, periculum est in rebus temporalibus, quarum detrimentum pecuniari parari potest; Episcoporum autem periculum est in rebus spiritualibus: quia agitur de animarum salute: quarum iactura nullo precio potest reparari. *Deinde*, cum lupi gregem aggrediuntur, satis illi est, quod oves rapiant; fugientem autem Pastorem non sequuntur, vt ipsum occidant: lupi autem, qui animas persequuntur, sunt Demones astuti, ac feroci: non satis habent, quod oves ipsas perdant; sed ipsum quoque Pastorem inuidunt, vt & illum destruant: quem si ad fugam impellunt, vel hac ratione ipsum vincunt: quia gregem deserit sibi commissum. Morbi etiam ouium facile agnoscantur, & curantur: quia illæ non resistunt Pastori: animarum autem morbi valde latent, & postquam deprehenduntur, difficile curantur: quia haec curatio multum dependerab eorum voluntate: quæ sèpe resistit, ac refugit cauterium correptionis; euaditque deterior pœna, quæ pro antidoto illi imponitur. Item Pastor oves suas duce quod vult, auferens illis hunc pastum; & aliū præbens: & in omnibus ipsis parent: at Prælatus mille habet contradictiones in sua gubernatione; nec

q Daniel.
3.50+

Lib. 2. de
Sacerdante
medium.

oues eius semper volunt acceptare pastum, quem ipse offert; sed alium querunt palato suo magis gratum. Cumque omnium illatum cura ipsi incumbat; gemit, ut ait Apostolus timens rationem, quam Deus ab illo pro omnibus ouibus exiget. quae cogitatio facit Praelatos coperuigilare, & ut sonnus fugiat ab oculis eorum, multo magis, quam fugerit a Iacob ob curam, quam habebat gregum Labā quia hic multo maius est periculum.

SED, quis referre poterit e gemi tu, Praelati officium comitantes? gemit enim cum tanquam mater filios separatur, ut formet Christum in eis? gemit cum videt griffum Draconem exspectantem partum, ut illum deuoret: augetur autem gemitus, si videat, ex suis visceribus fæcum suum transferri a Dracone ad sua: Gemit, ob labores quos iustinent in filijs educandis, instruendis, & a vitijs preseuerandis, gemit, cum eos videt inobedientes, ac rebelles & ipsa curatione adhibita, euadere peiores; gemit eò quod tot animarum onus sit grauissimum: ideoque timeret, ne culpâ suâ eas & seipsum detrudat in infernum, quam aptè usurpare hic licet illud Job: h Giganterum sub aquâ, quemadmodum enim Balænæ, & magni alij marini pisces, quos hic Giganterus appellat, gemunt in partu filiorum, in eis educandis, ac tuendis: ita Pælati, qui quasi giganteri sunt in magno hoc Ecclesiæ mari, circumdati plurimis aquâ, nultu tcelicet populis, gemut curâ & onerent animarum ipsorum cura commissarum. Quis non dicet: gygantem fuisse mulierem illam tantæ magnitudinis, ut cum k Lunam habaret sub pedibus suis Sole esset amicta & capite pertingerent ad ipsas stellas? Et nihilominus gemebat, & clamabat parturiens, & cruciabatur doloribus, vt pareret. Gygas erat S. Paulus, gemebat tamen pressus pondere Galatarum, dicens eis: Literum vos parturio hoc est partus doloribus ita iterum afficit, vt cogar vocem mutare, ad ingentem dolorem ac sensum exprimendum. Et magnus ille pastor, qui ut in gygas a sunno cælo egressus, venit quae ere cuem perditam, & iuuentam imposuit in hunc eros suos: & quamvis gauderet, quod eam inuenisset; non tam propreterea non sensit onus: quod adeo fuit gravis, vt præangostia n sanguinem sudauerit; & cum bainaret crucem, ipsius causa, præ nimia defatigatione in terram ceciderit. De eodem etiam dicitur, quod principatus eius esset super humerum eum, super quem etiam esset ponenda pælaus domus David, ad significandum adeo eam fore gravem, vt opus esset eam super humerum portare. si igitur Gygantes sub hoc onere gemunt: quomodo non gement communes & ordinarij homines, si sensum & mentem habeant, ad eius pondus cognoscendum?

IV C V N D V M quidem videtur: q super humeros gestare preciosos lapides auro inlūos, in quibus sculpi sunt nomina Tribuum Israel, ut dictam est eo quod inestimabile sit precium animarum Iesu Christi sanguine redemptarum, præcipue cum eius gratia sunt exornatae: quas tamen si inspici-

c Hebra.

13.17.

d Genes.

31.40.

e Hebr. 13.17

ne gerentes

id faciant.

f Galat.

4.19.

g Apocal.

12.5.

h Job. 1.6.5.

Pinedore

fert: Balea

francibus fi-

lios abscon-

dere: ut ab

alizarum

belluarum im-

petu sint

tuis

i Apoc. 17.15

k c.12.1.

l Galat.

4.19.

m Plaf. 18.7

n Luce. 15.5

o Isaia 9.6

p c 22.12.

q Exod 28.9

mus iuxta mutabilitatem, quam ex seipsis habent; & iuxta misericordiam perculpam additam: non est pondus plumbeum a deo ponderosum & graue, atque est vel unica anima. Quanto ergo grauiores etunt tot simul: Quid si percipere velis, attende: quid magnus ille Gigas & Pastor populi Hebrei Moyses dixerit ad Dominum: *i. Cur affixisti seruum tuum? & compoisti pondus uniuersi populi huius super me?* nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in finitu tuo sicut portavisti nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti Patribus eorum? Non possum sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin aliter tribuitur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantum sit malus. O quam fuerit graue pondus, quod virum adeo mitem, ac zelotem coagit, vt verba adeo grauia proferret ea mente & voluntate, ut se eo expediret ac liberaret! Rem iudicat intolerabilem nutricis munus obire erga filios non suos secundum naturam, cum sunt adeo rebelli erga ipsos gubernantes; & minus grauem existimet sibi esse mortem, quam pondus tale sustinere: verum est quidem: verba illa fuisse hominis in afflictione constituti, qui memor non est auxiliorum & suppliciorum, quas habet a Divina gratia: ostendunt tamen aperte, quantum sit pondus gestare homines, quos (vt ait David) *Deu. imponit super capita nostra* Quid si hoc adeo grauiter fert, qui tanta erat charitate, ac zelo erga populum suum, vt diceret Deo: *t dimittite populo hanc noxiam, aut si non faci, dele librum tuum quem scripsisti:* quid sentient, qui tepidam habent charitatem aequalium? Quodcunque enim onus absq; charitate & amore feratur, censetur grauissimum. Quod si tepidi onus hoc leuius ferunt, id ex eo proueniunt, quod illud non agnoscant, nec perpendant quale illud sit; aut certe, quod non sint ipsis veri Pastores, sed mercenarij: & amor temporalis mercede reddit illud eis leuius. Vbi autem est verus zelus charitatis, non potest nisi grauiter ferri tantum onus: omnium enim onera quasi propria reputantur, & omnibus se se onerant: quia cor eius illis vritat. Ideo enim dixit David: *u Zelus donum tua comedit me: & opprobria tibi ceciderunt super me* Quid autem dicere: *comedit me:* nisi quod Zelus ille, quasi ignis quidam eius viscerum consumeret: cum videret peccata populi, & ipse in le penas suscipere, quas illi erant promeriti? Et quemadmodum naturalis calor hominis, nisi proprium alimentum sumat, quo reparetur, sensim ipsum comedere, consumit ita zelus hic consumit cruciatq; zelantem Praelatum: nisi amas comedat, quibus famem exsatiet, qua illas esurit. Sed quid de hinc tale alimentum sumedi difficultate dicemus; vox quedam celestis, cum S. Petro ostendisset linteum quoddam in quo erant quadrupedia & serpentina terra, & volatilia caeli, dixit ei: *x occide & manduca.* quis igitur non videat, quanta sit difficultas, semper luctuari cum viperis, & omnigenere serpe.

x Numer.
ii. 11.

ii. Psal 65. 12.

t Exodi.
32. 32.

u 1. 2. 168. 10.
Ivan 2. 17.

x Actuum.
10. 12.

serpentum; cum pardis, leonibus, & omni genere ferarum; cum aquilis, miluis, & omni genere voluerum; impellendo subditum ipsum, & cogendo ad pugnam, donec illas ingulet; & postquam occisiæ erunt, vt eos comedat & in sua viscera immittat? multò autem difficilius est pugnare cum omni genere peccatorum, donec vitia in illis extinguantur, & in Ecclesiæ viscera, etiam in propria immittantur, contrahendo cum illis familiaritatem & amicitiam. Quæ amicitia si esset diuturna, adhuc onus esset leuius: cum autem illa innaturat charitati & amori Dei, qui peccato quolibet mortali evanescit: habet mille mutationes, quæ ipsum Praelatum non minus torquent, quam si cibus semel tumultus, violenter ex stomacho extraheretur: vt opus sit peccatorem denuò expugnare vt comedere illum possit: renouando cum eo amicitiam & in eius conseruationem diligenter in posterum in vigilando.

HANC solicitudinem ait Sanctus Gregorius, exaggerari & virgeri à Salomone, cū dicit: *y Fili mi, si sponderis, pro amico tuo, desixisti apud extraneum manum tuum, illaqueatus es verbu oris tui, & captiuus proprijs sermonibus.* Fac ergo quod dico, *fili mi, & temeripsum libera.* quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita, amicū tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormiens palpebra tua. Que tota sententia in sensu mystico ed̄it tendit, vt Prelatū moneat de onere, quod cum suo officio sibi imponit, dum spondet pro animabus subditorum: obstringendo se Deo D. N. quod daturus sit operam, vt illi debitum reddant ad quod tenetur, in obseruatione Divinorum præceptorum. Et hoc (ait S. Gregorius) est alienam animam in pericula sua conuersationis accipere. hoc est, ita alienæ animæ curam in se recipere, vt propriam periculo exponat: nisi, quod officium ipsum exigit, præster. Ipse enim verbis proprij oris sese ligat; nam, dum se obligat: ad eis suadendum bonum quod facere tenentur seipsum etiam obstrin- git ad idem prius præstandum: ne ipsa vita contrarium doceat, quam verbo suader. Ac propterea necesse est, ipsum semper magno ferore ac diligentia ita vigilare, vt neque ipse dormiat; neceos dormire finat, qui ipsius curæ sunt commissi: sed frequenter eos excitet, ad talē viram instituendam, vt ipsum à pollicitatione ac fidei iussione liberum faciant

(.:)

3. p. Pastor.
admon. 5.
y Proverb.
6. 1.